

rioribus prouinciis ea potissimum viget quæ appellatur Aimara, neque ipsa est valde difficultis, neque multum ab illa altera abhorrens. In Mexicano Regno auna esse lingua quoque generali, vt facilior sit communicatio inter se tam multorum populorum, & gentium. Quod si Christianus Princeps id effecisset in Christi gratiam, quod barbarus Guanacapa imperio suo effecit, vt una lingua omnes vterentur, aut una certe vbiique haberetur, profecto maximam predicationem Euangeli commoditatem fuisse allatorem. Verum vbi id fieri minus potest, superest, vt charitas ardens in Christum, industria, & labore perficiat, quod deest naturæ. *Quia* in re P. Francisci Xauerij admirabile extat exemplum, qui in perdidenda Malauarica lingua tantum operæ, & sudoris posuit, tantudemque in Iaponensi, atque aliis longè inter se diueris, ut si Apostolico dono linguarum prædictis esset, non posset maiore gloria Christi nomen in tanto terrarum orbe *Cor.13.* vulgare. Certe enim Charitas omnia potest & cum lingua cœlariint, una charitas pro omnibus est.

C A P V T X.

De Habitatione inter Indos.

INTER obiectiones supra propositas postrema petebatur ex incommoda habitatione barbarorum. Huic modo respondendum est hoc excepto

cepto quod quæstio illa grauis, Vtrum expedit fedem figere inter Indos, quod vulgo doctrinas tenere dicunt, an potius discurrendo inter eos verbum salutis disseminare, quod proprium est missionum, in suum locum referuanda est, vbi Deo proprio accurate tractabitur, & quid habeat commodi vel incommodi res vtraque, explicabitur, tum verò quibus incommodis melius ac facilius occurri queat. Illud tantum nunc agitur, vt neque alperitates locorum, neque impedimenta itinerum, neque verò habitationis ipsius indicæ ratio præpostera Christi seruum ab instituto retardent. Et quidem labores arduumque iter mari terraque facientium, & multæ, & graues sunt. Verum quis alter sibi persuaserit, nisi demens sit, cum patria, atque amicis, & charis omnibus relatis velut alter Abraham peregrinatur, & exit nesciens, quo eat? Ego inquit, ero merces tua magna nimis. Hoc Apostolicum opus, haec gloria propria. Et tamen qui misit suos sine finita, & facculo, & argento, quaerit ab ipsis, *Lue.22.* Nunquid aliquid debuit vobis? Nusquam diuina Prouidentia, neque certius, neque dulcius sui experimentum præberet, quam cum illius ope fretu incertas sedes, & humana præsidia incerta constituit experiri. Paulus Apostolus clamat, *Heb.12.* sunt mores sine auraria, contenti præsentibus. *Deut.31.* Ipse enim dixit, Non te deseram, neque de *Is.43.* reliquam, ita vt fidenter dicamus, Dominus *P.55.* & *117.* mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Iam vero quod de habitatione rara, & incommoda barbarorum multi caufantur, Pri-

50 DE PROCVRANDA INDOVRM
ium sunt planè frequentissimè prouincie Indorum, & populi numerosissimi, vbi commode & fructuose Christi doctrina tradi possit. Id quoque quod diu efflagitatum, & non ita dum institutum est de reductione Indorum ad certos populos, vt non sparsim more ferarum, sed communiter oppida inhabitent, dici non potest quante sit utilitatis futurum ad

Mat. 10. omnem vita barbarorum informationem. Deinde sicut salvator suos admonuit, si non reperiret vos in hac ciuitate, fugite in aliam; Amen dico vobis non consummabitis omnes ciuitates Israël, donec veniat regnum Dei: ita nobis quoque dictum arbitremur, vt dispersos fratres nostros queramus: quod si alicunde, aut locorum iniuria, aut sermonis incommoditate depellimus, aut ipsa rerum necessitate vrgemur, transeamus ad alios. Neque enim timendum est, ne ait electos, Dei sermo pretereat, aut vbi laboret vtiliter, Christi operi non inueniat. Dabit Dominus, dabit verbum Evangelizantibus virtute multa, qui diuina autoritate promisit, Ego posui vos, vt caris, & fructum plurimum affe-

ratis,

CAPVT

SALVTE. LIBER I.

51

CAPVT XI.

Quod Evangelij ministri curare debeant, ne impedimentum Evangelio ponant.

Q Vi vero Evangelizandi munus suscipiunt, curare magnopere debent, ne Evangelio ipsi impedimento sint. Accidit enim saepenumero, vt Indorum defidiam ac vecordiam iij maximè accusent, qui ministerium suum minimè implent: qui si diligenter se ipso excutent, sinceriisque iudicarent, profecto intuerent ipsi potius, quam Indis tribuendum esse, quod interdum minus soliciter res Christiana processerit. Quidam, inquit Paulus, non sincere Christianum annuntiant, quidam autem ex bona voluntate. Quin etiam addit, omnes que sua sunt querere, non que Iesu Christi. Quominus mirandum est si de nobis etiam tale aliquid dici queat. Vtinamque illud ad nos minime pertineat, Vt vobis qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cum factus fuerit, faciatis illum filium gehennæ duplo, quam estis vos. Quod vchenenter Augustinus exercatur in libro de Fide, & operibus, Nec sic, inquit, faciamus Christianos, quomodo Iudai proselytos, quibus Dominus ait: Vt vobis & cetera. Sepè enim quos pastores cura, beneficentia, fide sen-

Phil. 3.

Mat. 23.

Lib. de Fide
de, & per
cap. 26.

D 2 tire

52 DE PROCVRANDA INDOVRVM
tir oportuit, hos potius seuos lupos miseri greces, experuntur. Comminantur certe diuinæ literæ nobis, Qui violenter, ait Michæas, tollitis pelles corum desuper eis, & carnem desuper offi- bus corum. Atque alijs quoque Propheta, Odio habuerunt compientem in porta, & loquentem recta sine periclit abominant sunt. Idicè pro eo quod diripiebatis pauperem, & prædam ele- ñam tollebatis ab eo, domos quadro lapide adificabitis, & non habitabitis in eis, vincas plantabitis amantissimas, & non biberis vinum eatum. Quod profectò vaticinū vereor ne Indicæ opes nimium experiantur, cum initia formij nimium properat fortune, & orientur, & occidant, & qua de meretricibus congregantur, sicut ita Deo comminante, vix ad meretricis mercedem reuertantur.

*Mich. 1.
Prov. 13.
Ps. 36.
Eccl. 5.
Zec. 22.*
Festinata quippe substantia minetur, deficiensque sicur fumus deficient, quoniam non prosperabitur possesso sclerata. Igitur temporales Domini Indorum, ut cupiditate & violentia salutem eorum impediunt, timendum est. De nobis autem, id est, de ministris Ecclesiasticis fortassis non sit minor querela, atque vitam minime ad nos pertinente illa prophætica, Principes eius in medio eius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auare sestanta lucra. Propheta autem eius liniebant eos absque temperamento, videntes vanam, diuinantes eis mendacium, populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter egenum, & pauperem affligebant, & adueniam opprimebant calunnia abique iudicio. Sinc temperamento hi liniebant,

SALVTE. LIBER I. 55
liniunt, qui percutiis aulis colorē undecimque querunt, etiam si nulla vera ratione subsistat. Sed illud formidandum & dolendum, quod adiungit sermo diuinus. Et quæsi de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inteni: & effudi super eos indignationem meam. In igne enim iræ meæ consumpsi eos, viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus. Nec dissimilis Michæas est, Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & super Dominum requiecebant dicentes, Nunquid non Dominus in medio nostrum? Non venient super nos mala. Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsu fyluarum. Sophonias quoque inclamat, ac post multa concludit, Desolatae sunt ciuitates eorum non remanente viro, neque vilo habitatore. Quæ prolixè recitata sunt prophætica oracula, quod similia quadam ex parte hinc quoque temporibus accidisse certamus. Noui equidem permultos esse & Ecclesiastici, & secularis ordinis viros, qui piè ac religiose Neophytorum causam agant, atque ita comindorum suorum rationem habeant, vt salutem fortunatusque Indorum non negligant. Verum apud alios res ita haber, vt exprelit sermo propheticus. Neque id mirari homines debent, cum his certe in locis auraria maximè vigeat, vbi illius plurima materia est, atque argenti copia plurima. Quæ enim alia est remotissimas regiones penetrandi causa? Cur immensos Oceani cir-

D 3 cuitus,

54 DE PROCVRANDA INDO RVM
 cuius , & labores homines subeunt ? Nempe ut
 modestissime dicam , propriis fortunis consulete
 arbitrantur , cum aut luam , aut suorum inopiam
 argento ex India collecto se depulsiros confidunt.
 Neque id ego reprehendo modo , sed illud ago ,
 vt non omnem in Indos culpan reiciamus , si
 prouentus Euangelici in hoc agro non ita lati
 atque vberes exenterint . Existent profecto qua
 les volumas , si nos iij operarij sumus , quos ager
 dominicus postulat , si Christum , non nostra que
 ramus . Nam quæ fidei propagatio , que morum
 in instituto speranda sit , si iuxta Prophetam sacer
 dotes non solum mercede doceamus , sed mer
 cedem etiam potissimum requiramus ? Re vera
 verendum est , ne venale purent barbari esse Euang
 elium , venalia sacramenta , nequa animas no
 bis cura esse sed nummum . At dignus est opera
 rijs mercede sua . Dignus planè . Sed manducan
 dum est , vt Euangelizes , non Euangelizandum ,
 vt manduces . An vero Euangelizandum , vt dite
 ris ? Ut congeras ? Ut opibus plenus reteratis in
 patriam ? Iam vero quam sancte , quam integrè ,
 quam innocenter vivamus omnes qui Christi lan
 cissimam legem barbaris promulgamus , nos
 ipsos interrogemus . Certe barbari fidem nostram
 de moribus iudicant . Proclivius quippe est quod
 video , credere quam quod audias . Raro per
 suadet factis sermo contrarius . Illud autem ma
 gnopere prouidendum est iis qui inter fidei ty
 tones versantur , ne priuato suo malo publicam
 Christianæ familiæ existimationem lœdant , arque
 corruptant , neve dum ex quibusdam ceteros
 coniecant , omnes criminentur . Vitium enim , vt
 scite

SALVIE. LIBER. I. 55
 scitè dixit Gregorius Theologus similem causam ^{in bre}
 agens , ad omnes facilè manat , atque ob multo
 rum vel etiam quorundam culpam , viuenterus or
 glo in iniuidiam crimenque vertitur . Quodque
 miserium est hæc criminatio non in nobis
 consistit ac defigitur ; verum vterius se porrigit
 ac magnum & venetandum religionis nostræ
 mysterium in iniuidiam trahit . Hoc illud est , quod
 Deus vehementer queritur . Propter vos iugiter
 nomen meum blasphematur inter gentes . Delina
 mus igitur tantopere barbarorum infidelitatem ,
 & morum peruersitatem accusare , & nostram
 aliquando agnoscamus ignauiam , qui non di
 gne Euangeliu Christi conuersemur , plausque ope
 re in colligendo argento ponamus , quam in ac
 quirendo populo Dei .

Ez. 31.
 Ezec. 36.
 Rom. 2.

CAPVT XII.

De Caſtitate & abdicatione neceſſaria ad
 Euangelizandum.

Tria vero sunt , quæ fidei prædicationi &
 cultui vehementissime officiunt , auaritia ,
 impudicitia , violentia : quemadmodum numero
 totidem Euangelium maximè promouent , Vite
 continencia , Abdicatio omniaum , Mansuetudo .
 Quæ , si quis velit parumper aduertere , Aposto
 lis & à Domino commendata , cum prædicando
 Euangeliu instauerentur , & ab ipsis diligenter
 seruata compiceret . Atque impudicitia quidem

D 4 labes

56 DE PROCVRANDA INDORVM
labes manifeste contemptum pati. Nihil enim
perinde homini Philospho ignominie ac dedec-
ti est, ac more pecudis libidin prosterne. Et qui-
dem in omni doctorum aut magistratum gradu
ita res habet: at in Euangelico viro, qui vitam
totam supra humanam ac penitus coelestem in-
stituit, id dedecoris dici non potest, quantum
offendat oculos, quam reddat abiection, & af-
pernabilem. Quam ob causam ut ego fanè opinor,
etsi sunt alia grauiora crimina, nulla tamen
ab antiquis paribus gravius animaduerter in ho-
mene Ecclesiastico, vt qui priscos canones lege-
tit, metiro miretur ob seim admissum stuprum,
irrecuperabilitate omni fæderotali gradu &
ministerio Ecclesiastico depelli conuictum. Idcir-
co Apostolus Paulus & toties & tantopere Di-
scipulos Timotheum & Titum, in quibus Eccle-
siae magistros informat, castitatis cuiusdam per-
fecte admonet. In omni castitate, inquit, & sur-
sus, Te ipsum castum custodi. Et alibi, Te ipsum
præbe exemplum bonorum operum, in doctrina,
in integritate, in grauitate. Ut enim nihil con-
temptum ita ingenerat preceptoris vt turpitudo
ista, & fordes, ita nihil est quod magis admirabile
reddat, atque perfecta quadam & omni
etiam suspicio libera pudicitia. Admirantur, in-
quit, non concurrentibus vobis in eandem luxuri-
ris confusionem. Virtutis cuiusdam coelestis id
esse homines opinantur, quod nostri barbari, vbi
forte intuentur, adeo suspiciunt, vt vix credant.
Cum quadam in urbe in foro clericum concio-
nantem, inter cæteros audieret Curaca quipiam
Indorum, & sermonis ardorem ac vim admiratus
est,

1. Tim. 5.

ibidem.
Tit. 2.

2. Pet. 4.

SALVTE. LIBER I. 57
effet, conuersus ad Hispanos, quefluit; Quænam
ratio hominis, & quod institutum effet. Cum re-
pondidisset quipiam, Hominem esse sanctum, qui
salutem ipsorum tantummodo quereret. Perexit
ultra quartare, vitrum delicis, opibavse vacaret,
cum effet responsum minime isthac ab illo qua-
ri, subdidit barbatu, Cur ergo non allo vitru
habitu ac vestu, vt genus vita declareret? Vide ob-
secro quam apud illum laborari ordo Ecclesiasti-
cus. Atque vitram solus effet. Quemadmodum
vero impudicitias feditas despicibilem reddit
Prædicatorem, ita auaritie fordes faciunt odio-
sum. Atque haud scio an quicquam aliud magis
audientium animos à verbo Dei auertat, & alien-
et, dum pietatem quælum putant, & sicur scri-
ptum est, vita conuersationem compositam esse
ad lucrum. Quam professionis Euangelice peccatum
Christus Dominus à prædicaturis discipulis dili-
gentissimè amolitur. Nolite possidere aurum, ne-
que argentum, neque pecuniam in Zonis vestris,
non peram in via, neque duas tunicas, neque cal-
ciamenta, neque virgam, dignus est operarius cibo
suo. Gratis accepisti, gratis date. Quam exprefse,
quam diligenter, quam etiam minutum inculca-
tum? Cibum solum Euangeliste suo Dominus
permittit, & quidem vt prædicationis non sit
causa, sed fructus. Quærite primum Regnum Dei,
& iustitiam eius; & haec omnia adiacentur vobis.
Sed ne ipsum quidem cibum Paulus excellen-
tissimus Prædictor admittit, sed laborat ma-
nibus suis, ne quem grauet, vt sine sumptu
ponat Euangelium, & gloriæ ducit quod nemini
onerofus sit, cum possit oneri esse, vt Christi Apo-
stolus.

1. Tim. 6.
Sep. 15.

Matt. 10.

Luk. 9.

Matt. 6.

1. Thes. 2.

1. Cor. 9.

2. Cor. 11.

58 DE PROCVRANDA INDOVRVM
stulos. Animaduertebat optimus Architectus &
sapiens fabricam Euangelij magnopere quavis
commodi specie etiam iusti, etiam necessarij, vel
impediti, vel certe retardari, ob eam rem eligebat
potius mori, quam vt gloriam hanc suam, id est
fructum Euangelij copiosum perderet. Quamobrem
praे omnibus Apostolis non solum amplius
laborauit, sed multo etiam vberius fructificauit.
Ingerent re vera exploiatione hæc Euangelica ani-
mis hominum admirabilem quandam viam amo-
ris, vt quem tuis commodis insudantem videoas,
oblitum sui, tem propriam negligenter, hunc totis
visceribus complectaris, tanquam sincere &
paternè tua curantem. Quare cupiditatem om-
nium, & turpe lucrum Principes Apostolorum Petrus & Paulus, in Ecclesiæ ministris sepe & gra-
uissime detestantur, si qua ergo plaga dolenda est
in hac causa, auaritia est. Quid enim non agat
mali aut sacra fames?

1 Cor. 9.
1 Cor. 15.
1 Pet. 5.
Tit. 1.

C A P V T X I I I .

Quantum officiat Fidei violentia.

Sed prater hæc incommoda, ipsa Fidei pri-
mordia ex multa nocendi licentia non medio-
tre damnum accepere. Atque vt stirps primis ini-
tiis nata peruerse, & inflexe, non facile mox vi-
tium deponit, cum creuerit, sed aut perfringi, aut
natiuo suo errori permitti debet, ita prorsus cum
Indorum natio bellici apparatus potius authorita-

te,

SALVTE. LIBER I. 59
te, quam germana prædicatione magna ex parte
initio Christum acceperit, dubitate non possumus,
quoniam animo conceptum metum, & seruile con-
ditionem non ingenuè in Filios Dei transflata per
regenerationem, adhuc retineat, ac rebus ipsiis,
vbi sibi impune licet putat, ostendat. Nihil enim
ita fidei susceptioni adueratur, atque vis omnis,
& violentia. Non enim est fides nisi voluntum, vt
prouerbij loco sit illud Augustini, cetera posse
hominem etiam nolentem, credere non nisi vo-
lentem. Quamobrem manuetudo, & suauitas vel
principiū commendatur Euangelicis viris. Om-
nem, inquit, ostendentes manuetudinem ad om-
nes homines. Et alibi, Cum modestia corripientem
eos, qui resistunt veritati, nequando Deus illis
penitentiam, & resipiscant. Et Jacobus Aposto-
lus monet, in manuetudine suscipere insitum ver-
bum, quod potest saluare animas nostras. Quo-
niam ergo voluntarium est ac liberum cuique
obedire Euangelio credendo, neque fides per vim
extorta aliorum potest esse, quam daemnonum, su-
auiiter ac bencoule ducentus est, non protrudendus
auditor. Hinc diuinus præceptor missurus fuos ad
Euangelizandum exorditur, Ecce ego mitto vos
sicut agnos in medio luporum. Ac vide Domini
magnificentiam, ab agnis lupi superati sunt, ac de-
posita feritate in eundem se gregem adiunixerunt.
Quando obsecro ferocia potentium minis cede-
ret? Quando orbis domaretur vi? Tacendo, tole-
rando, benemerendo de inimicis, vicerunt Chri-
sti milites, non cædendo, non terrendo, non mi-
nitando. Quod si non receperint Euangelium,
quid præcipis Domine? Iubebuntue ignem de
cale

Aug. tr.
16. in 1o.

Tit. 3.

2 Tim. 2.

Iacob. 1.

Iac. 1.

Mat. 10.

60 DE PROCVRANDA INDORVM
calo descendere: Ruine tradent ciuitatem? Nesci-
tis, inquit, cuius spiritus estis. Filius hominis non
venit perdere, sed salutare. Quid ergo? Si non rece-
perint vos in ista ciuitate, ire in aliam. Quam be-
nigne! Quam dulciter! Itaque qui sponte Euange-
lio cedant, verè cedunt, fidem corde concipiunt,
& ore confitentur, & fixi manent, & toti Dei sunt,
non partim in Deo, partim in Baal claudantes;
specie & voce Christiani, animo, & re infideles. Id
enim consequatur neccesse est, vbi contra naturam
suum, contra Domini voluntatem, Fides extorque-
tur inuitus.

Lvt. 9.

CAPUT XIV.

*Qualis in Religione Christiana magna ex
parte sit Natio Indorum.*

4. Reg. 17 **A**C mihi quidem videtur res Indorum perfis-
ta milii antiqua Samaritanorum historiæ,
quam in 4. lib. Regnorum legimus, vbi tentore ac
metu ferarum incurvantium perculsi habitatores
petierunt Dei sacerdotem, qui Dei legem doce-
ret. Cum venisset igitur, ait, virus de sacerdotibus
his qui captiui duicti fuerant de Samaria, habitauit
in Bethel, & docebat eos, quomodo colerent Do-
minum. Et mox post enumeratas superstitiones
varias illorum adiungit, Et cum Dominum cole-
rent, Dijis quoque suis seruiebant, iuxta confue-
tudinem gentium, de quibus translati fuerant Sa-
mariam, usque in præsentem diem morem se-
quuntur

SALVTE LIBER I. 61
quuntur antiquum. Non timent Dominum, né-
que custodiunt ceremonias eius, arque iudicia &
legem, & mandatum & cetera. Postremo con-
cludit: Fuerunt igitur gentes istæ timentes Domi-
num, sed nihilominus, & idolis suis seruientes.
Nam & filii eorum, & nepotes sicut fecerunt pa-
tres sui, ita faciunt usque in præsentem diem. Non
puto totum nostrorum Indorum habitum, & re-
ligiositatem describi posuisse, vel plenius, vel ele-
gantius. Et Christum colunt, & diis suis seruunt:
& timent Dominum, & non timent: utrumque
enim confirmat scriptura diuina: Timent ore te-
nus, timent dum instat Iudex, aut presbyter, ti-
ment denique simulatoriam Christianitatis spe-
ciem praefertes: non timent animo, non co-
lunt serio, néque corde credunt ad iustitiam. Quid
plura: Filii, & nepotes eorum, sicut fecerunt pa-
tres sui, sic faciant usque in præsentem diem.

CAPUT XV.

*Nihilominus vera Fidei, ac saluis apud
Indos spem esse magnam, alienumque
esse à Dei spiritu contrà sentire.*

4. Reg. 17. **E**N nostrorum temporum Samaria: vbi Chri-
stus habitat cum Socot Benot Babylonio,
cum Nergel Cuthæo, cum Asima, cum Nebahaz,
& Tharrac, & Adramelech, & Anamelech, & qui-
buscunque alijs portentis Deorum. Vbi non tam
colitur

62 DE PROCVRANDA INDOVRVM
colitur cum alijs, quam iniuriam suam, & con-
tumeliam ferre quodammodo cogitur, Demoni-
bus confociatus, & eorum honores consortio suo
cumulans. Sed non sunt ideo Samaritanī nostri
auerandi, non statim desperandi. Et Samaritā
quoque recordabitur Dominus: & erit, cum ac-
cipiat verbum Dei, & Simone relicto Philippum
audiat, Petrum ac Ioannem prædicatores merear-
tur. Erit cum dicat, Et nos credimus, quia hic
est vere Saluator mundi. Omnino Samaritanis
quoque sui ipsius copiam facit Christus, & often-
dit suis regiones iam albas ad mēlēm, & laborem
felicem pronuntiat, & fructum copiosum polli-
cetur in vitam ēternam. Cur ergo spem abijcie-
mus? Cur Iudaorū supertilio Samaritanos pro-
cul abire iubebimus? Ac non magis Dominum
illiusque Apostolos imitantēs Euangelium profe-
remus? Et quod in toto mundo fructificari, & cre-
scit, & hic in terra arida, & inua aliquando tandem
fructificaturum credemus? Nam quae erat si-
tiens, erit in fontes aquarum, quia scissæ sunt in
deserto rupes, & in flumina eruperunt. Veniet,
veniet procul tempus suum Samariæ: & qui prius

A.H.S.
Ioann. 4.
Ibidem.
Colff. 1.
Esa. 35.
Matt. 10.
A.H. 1.

in mandatis accepterant, In viam gentium ne
abieritis, & ciuitates Samaritanorū ne intraueri-
tis, audient postea Dominum præcipitem, Ac-
cipietis virtutem Spiritus sancti superuenientis in
vos: & eritis mihi testes non solum in Iudæa, sed
in omni etiā Samaria, & vixque ad ultimum ter-
re. Ac mihi sane persuasum est, neque inde pos-
sum retrahere sententiam, & si aliquanto serius,
& laboriosius, & parcus fortasse pro initijs, ta-
men

SALVTE LIBER I. 63
men aliquando Spiritus sancti benignitate Indo-
rum gentes fore, vt in Euangelij gratia multum
locupletentur, & vberes coram Domino Sabaoth
fructus ferant. Neque verò alias ego difficultates
perpendo aut timeo, quam operariorum fidelium;
& prudentium in Christo magnam inopiam cum
magna profecto copia mercenariorum, & eorum
qui sua querunt, non quæ Iesu Christi. Igitur si
Dominus veros operarios misericit in mēlēm
suam operarios, inquam, inconfusibiles, recte tra-
ctantes verbum veritatis, quos hac natio homi-
num, non sua querere, sed se perspicias, qui li-
benter filiis thesaurizent, insuper & seipso impedi-
re pro animarum salute promulgissimi sint,
quibus adeo chari sint filii spirituales, vt non sol-
lum Euangelium Christi, sed ipsa quoque vicerā
tradere ament, qui probati à Deo ita loquantur,
vt non querant hominibus placere, sed Deo, qui
probat corda, quorum fermo non sit in specie
adulationis, neque in occasione avaricia, denique
qui non sūa fed Dei gloriā syncerissimè quarant:
tunc planè manipuli pleni in area Christi colli-
gentur, tunc consumpta sterilitate, letissime se-
getes surgent, & congregabuntur in vitam ēternam.
Patientia interim opus est, & fideli ad
Deum oratione, vt mittat operarios suos. Nēque
leuiter hæc & temerè pronuntiata quisquam putet:
ipsa rei experientia locuples testis est. Sunt
homines Dei, rari illi quidem, sed sunt certè, qui
exemplō suo comprobauerunt Indorum permi-
ciem non ex ipsis esse, qui načti fideles, strenuos,
ac prudentes sacerdotes ac duces, sentiunt planè
doctrinæ vim, & vita ipsa respondent, paulatim
quidem

*2. Tim. 1. 4
Phi. 1. 2.*
2. Cor. 12.
1. Thes. 2.

quidem ve solent omnia, sed tamen accipiunt fermen, & vtrò fructificant primum quidem herbam, id est externum religionis cultum, deinde spicam intelligentia, & affectus qualificáne, postrem plenum frumentum in spica, hoc est Fidem iam plenè per dilectionem operantem dignè Deo. Néque enim summa incrementa exigenda sunt vno statim die. Quod si quæ à Catholico Rege, & illius senatu (pro magno Christianæ religiosis ardore, & studio salutis Indorum, edicta manarunt, rei fortunisque istorum bene ac sapienter prospiciens tam diligenter ac fideliter executioni committantur, quam suar necelariò procurata, non solum facilis, & iucunda; verum etiam fructuosa admodum futura esset breui Indica salutis administratio. Et tamen vicimque res hactenus se habuerit, non tam male habet, quin multa Indorum millia Christo lucrifiant: arque vbi quidam Heliæ ac nimij zelatores omnes Indorum gentes post Baal suum abire conuentur, omnes, retinere Guacas suas, & suo Zupai seruire clamant, ibi reliqui sibi Dominus pluquam septem millia, qui non curuant genu ante Baal, ibi & Abdias interdum est, etiam Prophetæ dono cumulatus. Nourit Dominus qui sunt eius, omnes gentes seruient ei. Quæ cum ita sint, non est Christiani pectoris, sed à Christi spiritu alienissimi, homines inde auocare, & à negotio gerendo dehortari: cum difficultates omnes quantacumque sint, Dei præcepto, & gratia superiores esse non possint, fructuque animatum, ut parcissime succedat in tam infinita multitudine non possit non esse copiosus, & merces apud Deum multo maxima.

^{3. Reg. 19.}
^{Rom. 11,}

^{2. Tim. 2.}
^{Psal. 58.}

CAPUT

CAPUT XVI.

Quod etiam in presentia labore ministrorum fructus animarum sit longè maior.

AC fructum Euangelicæ prædicationis nos quidem animarum multitudine metimus, sicut scriptum est, In unum colligam reliquias Irael, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. Ipsa tamen Dominus ^{Mich. 2.} dicit multos esse vocatos, paucos vero electos, multos ad Euangelium, & nuptias invitatos, paucos dignos se conuiuio præbuisse. Quod sapienter reputans Paulus sibi quoque ipsi timet, & non contentus tam raræ vocationis sua gratia, corpus adhuc caligit, & domat, ne prædicans aliis reprobus ipse efficiatur: neque nos hoc consilij illo modo ignorare patitur. Ut cùm antiquos patres tot ac tantis beneficiis cumulatos videamus, & baptismo figurati lohos, & mensa Domini spirituali communicatos, & tamen ex tot milibus hominum vix vnum, aut alterum bene placuisse coram Domino, quibus iratus iurauit, si introibunt in requiem meam: nos quoque timeamus, neque nobis ipsis de accepta iam gratia placeamus, & dum ad correctionem nostram scripta illa omnia intelligimus, qui nobis videtur stage in gratia illa Euangelij, omnibus modis caueamus, ne inde excidamus. Nam & sermon recipi, & exerciri parum prodest, quando vel folis iniuria, vel

^{Matt. 22.}

^{Matt. 23.}

^{Lue. 14.}

^{1. Cor. 9.}

^{1. Cor. 10.}

^{Hb. 4.}

^{Psal. 94.}

^{Matt. 11.}
^{Lue. 13.}

E spinæ

*Isa. 9.
Isa. 10.
Oe. I.
Rom. 4.*

spinaria improbitate corruptitur. Pauci sunt reuera, qui saluantur: neque semper multiplicata gente, magnificatur statim lætitia. Sed & si fuerit multitudo filiorum Israël, vt arena maris, reliquiae salutis hient. Tora enim electorum civitas magna quidem ipse per se, sed cum numerositate filiorum seculi huius comparata, exigua est: vt verisimile à sanctis Prophetis, reliquia salutis esse dicantur, veluti ex magno aliquo acero, aut copioso conuilio. Hac cō pertinet omnia, vt inanis quorundam opinio refellatur, qui iustitiam Dei ignorantes, & suam volentes flauerunt, iustitiae Dei non sunt subiecti. Hi tunc demum messem vberem, & fructum copiosum sibi cogitant, cū ad votum succedunt omnia, atque hominum myriades lucro suo vix sufficiere putant: quorum, vt est laudanda voluntas, ita corrident sententiae: ne si gloriam Apostolicam amittentur, & primicias Euangeli, quicquid inferius est, aut minus amplius, sterilitatem, & inopiam arbitrentur. Contentus certe esse debet operarius, si in vincula labore & fructu, Domini arque hereditis voluntati satisfactum sit. Sed vt lucra Euangelica ipsa iniquidine metiamur, eisdem non intelligo, cui labore, & opera ministrorum non longe maior apparcat fructus salutis Indorum. Nam vt ea afferrant, quæ omnes norunt, quæque ipsi cause Indorum infestissimi confitentur, profecto, & renascenciam, & in Christo morientium turba non potest non esse plurima. Quot enim infantium milia quotidie de interitu æterno eripiantur salutari latraco? Qui empti statim de terra teneri Christi sanguinis fons Dœ immaculati offeruntur. Etsi

enam

enim frequens est vbique infantulos recentes ab vetero extingui, ob quam causam Aristoteles scribit gentium huiusc consuetudinem, non ante nomen imponere quam octauis dies veluti iam videtur in puerum renuntiaret, quod primo dierum septenario vix vite nomine dignus haberi possit, propter naturæ inconstanciam: tamen, vt quorundam opinio fert, nescio quo cœli, astrive occulto tactu in tota prope regione duobus circulis Tropicis comprehensa, multè frequentissimum est, recens ortos pueros ante paucos dies intecti, vt vix ausus dicere, vtra portio sit maior abeuntium, an permanentium. Quos omnes cum sibi Christus amator parvulorum facio suis sanguinis fonte purgatos sacrificat, quis non vel integrum hoc vniuersi laboris Indici operarium ducat? Ipsos grandiores intuciamur. Illud firmum est divina legis oraculum, in ultimo agone vita, de tota causa pronuntiata: vt quem mors iustificatum inueniat, & huic non admodum obicit vita superioris iniquitas. Atque de Indorum gente haec plurimorum sententia est, et rurisque maximè, qui diueius cum iis verfantur, vigente menti moris, plerisque factoredem protinus sibi vocare, Patrem adesse omnibus petere, peccata sua dolentes, & serio confitentes, magna Fidei, & penitentiae indicia prebere, idque cum licet illis, vel sine teste res suas agere, & pro arbitratu compонere. Quem corum animum cum à nonnullis auditum, & aliquia ex parte ipse quoque expertus essem, quasi tamē diligenter ex aliis, quos experientiores iudicabam, & minus caute Indorum affectos: & quamvis non pauci essent præcipue

*In lib. de
hif.
anum.*

E 2 inter

inter Sarapas, & Curacas ac vetutiores Indorum, qui etiam tunc infidelitatis sua signa proferrent, tamen plerosque, vt dixi, ita se comparare omnium testimonia comprobaui. Quae vna res magnam profecto salutis Indorum spem facit: propterea quod certum esse videtur interne fidei & religionis indicium, eo tempore penitentiam Ecclesiasticam expatriare, quo maximè veritatis & sensus intimi ratio haberi solet, utpote nulla iam fictionis aut metus causa refante. Quocirca narrabat Episcopus Popaienensis, cum ipse iam olim in Partibus Mexicanis simul cum aliis sui ordinis viris versaretur (erat enim Augustinianæ familiae) vchementer admirari se solitum illorum Indorum fidem, qui iam extremo labore laborantes & morti propinquique, à suis se portari præciperent, ita ut erant documententes lectulis, aut quas Hamacas vocant, longo itinere sex aut septem interdum etiam pluribus milliaris confectis usque ad sacerdotem aut monachum, vt fieret sibi copia confidendi peccata, adeo ut in ipsa via iacentes horum non pauci patris præfentiam præstolantes occurrerent, interdum in ipso itinere extinguerentur. Ac reuera credendum est horum non mediocrem turbam pro sua pietate ac fide, salutari penitentia remissionem confegni apud benignum Deum, atque ad vitam migrare perpetuam. Primum quod quibus minus naturalis talenti donatum est, ab iis iuxta salutoris sententiam, minus requirendum sit, exiguo quippe conceditur misericordia. Deinde istorum criminis ut plurimum, non cuius generis sunt, ut inexorabilem sibi reddant Deum, atque in ipso intentu

Z.Mc.12.

Sep. 6.

interitu vetera vlciscentem, cuiusmodi scripturæ prædicant, maximè peccata in Spiritum Sanctum, ex certa malitia perpetrata. Peccant enim plerique vel ignorantia vel camis infirmitate incitati, quibus si ebrietates, & scortationum flagitia adimas, vix quicquam reliquum sit. Postremò, neque restitutionibus rei alienæ, neque iniuriis, aut iniicitiis impeditur, neque obstinatione quadam sceleris perpetrandi, cum vix auaricie, aut violentia apud eos sensus sit. Quibus omnibus rebus merito adducimur, vt de istorum extrema salute non parum speremus, eius præfertim intuentes clementiam, qui pauperis, atque inopis oblationem licet exigiam non contemnit. Mihi vero persuideo, vt de istorum miserorum confessione, & penitentia melius sentiam, quam de multorum facultati huius potentium ac sapientium in extremo vita spiriti ingenti apparatu, & pompa, etiam si sacerdotum longo ordine cingantur, & de male partis diuitiis magna legata Ecclesiis relinquant. Solus ille, qui nouit omnes, fecit unde plures salvi fiant. Sepe quod altum est hominibus, abominatio est ante Deum. Nemo igitur iudicet alienum serum, neque stulta, & ignobilia mundi contemnat. Itaque ubi operiorum non cernimus usque adeo magnos ludores pro Christo, non possimus terræ sterilitatem acculare, siquidem in tanta desidia ministrorum hoc certè fructus videamus, visuri sine villa dubitatione longe cumulationes, si modo dignitati Euangelij responderit dignitas ministrorum. Neque vero pro paruo duendum est, quod expulso Diabolo Christus regnat, ac pro nefariis, & impuris idolorum culti-

Prov.1.
Hier.7.1.
Ezai.6.5.

Luc.12.

bis Ecclesiastica Sacraenta celebrantur; quod
yeneriorum, flagitorum, patricidiorum quoti-
die decrescat furor, neque audeat seculu impune
graslati. Fremit Saranas se pulsum, & quantis po-
tentibus agit, ut dicas redire ad primitam do-
mum iuxta Euangelium.

Matt. 11. Idcirco vacuam Christi
ministris optat, & dolens se spoliari antiquissima
hereditate, in omne se latus vertit, cui nomina
mille, mille nocendi artes, ut seruis Christi per-
suaderet vanos, & inutiles suos esse labores, ut
torpore ac desperatione superati relinquant dissipa-
tas Christi oves, ab immanissimo lupo proti-
nus trucidandas. Sed stat Dominus pro populo
suo, & clamat, Qui non colligit mecum, disper-
git, & qui non est mecum, contra me est. Adhuc
monet, adhuc horratur leuare oculos, & videre
regiones albas ad mellem: ut qui seminat, simul
gaudeat, & qui metit.

Matt. 11.

Jean. 4.

C A P V T XVII.

*Patientia, & labore effici, ut copiosi fru-
ctus ex hoc agro Dominico
colligantur.*

Ioan. 4: Illa vero Domini sententia comprobantis in
Hoc esse verbum verum, quia aliis est, qui se-
minat, & aliis est, qui metit, satis nos confir-
mare, & consolari debet, si pro diligentia semi-
nandi salutis verbum, non appetat illuc fidei, &
charita

charitatis fructus a surgere. Fieri enim potest, ut
fementis iacienda praefens tempus sit, iunum
aliquo certe missis colligenda. Apostoli in
Prophetarum labores intuisse dicuntur, neque
tamen, vel hi, vel illi sibi franchisescunt sed Deo,
qui nouit opportuna tempora iuxta sapientis sen-
tentiam vsicuique negotio. Hominis autem af-
flictio multa est propterea quod futura scire non
potest. Sed tamen & qui arat, in his debet atare
fructus percipiendi, & huic sua spci, etiamsi di-
lata affligat, debet nihilominus patientiam & lon-
ganimitatem adhibere. Ecce agriculta, ait Jacobus

Apostolus, expectat pretiosissimum fructum terra, pa-
tienter ferens, donec accipiat temporaneum &
ferotinum, patientes igitur estote & vos, & con-
firimate corda vestra. Abraham longanimitet fe-
rens adeptus est recompensationem. Ac certe omnis

historia, omnis sermo diuinus co maximè tendit,

ut per patientiam scripturnarum spem & consola-
tionem habeant, qui laborant quidem, sed labo-
rum suorum emolumenta non vident. Nihil ma-

gnum nihil gloria dignum sine patientia vngu-
peractum est. Ipsos Romanos terum dominos pa-

tientia maxime & tolerantia, orbis portos, non
solum profane, verum etiam sacre literæ com-
mendarunt. Neque tam fui admirabilis potentia

in prospera, quam in aduersa fortuna constanza.
Non videmus nos modo nascensis Ecclesie diffi-
cultates à Christianis orti, inter solos Christianos

educati. Certe fides vbi nunc firmiores altiores
que radices egit, ibi initia habuit longè difficili-
ma. Non igit semper Euangelicae fruges ex

presentibus tantummodo metiendi sunt. In lege

Lxxvii. 19. sanc*tum scriptum legimus : Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera , auferetis præputia eorum , poma , qua germinant, immunda erunt vobis , nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem anno comedetis fructus , congregantes poma , qua profertur. Fortassis in terram nuper ingressi ex plantatis lignis nondum poma matura atque elui apta decerpimus : fortassis fides Indorum nondum fructus satis fame Prædicatorum dignos edidit; adhuc præputia auferenda sunt : adhuc multis pristinæ infidelitatis gulfus est. Sed quid agimus ? Itane semper futurum est : Imò vero posterorum saltem generatione quis dubitat fructus diuino conpeccetu dignos , omni verutatis sapore abolito, extirtu*s* ? Erunt nati parentibus feliciores, quod experientia satis docet , erunt fidei magis idonei paterna sua superstitione minus imbuti , religioni diligenter innotuti. Neque video cur quisquam contra nobis ominetur infusa*t*a. Natio nulla est hominum obsequenter , nulla subiectio*n*. Ingenio nequam duro & obtuso , imitandi quicquid viderint , mirè cupidi. In quibus potentiam & regendi autoritatem conficiunt, nimium venerabundi , dicto citius obsecundantes. His moribus Indos esse præditos , quicunque vel exiliter expertus est , non ignorat. Si ergo magistros na*c*ti sive strenuos , Christi charitate ferentes , qui bono exemplo, ac lana doctrina greges sibi commissos sollicitè pacant, quid non sperandum est , diuina in primis , qua non deest suis , gratia aspirante*s* ? Sed quoniam omnia hic aspera , omnia aduer-*

fa narrantur; vel certè existimantur à multis , ostendam labore & patientia cuncta superari , & de desperatis atque ærumnosis initii in lætissimos exitus solete conuerti. Ostendam verò non tam rationibus , quam exemplo Patrum, quod efficacius persuaderet. Ac placet paulo fusi*s* referre , qua de sancto Malachia Episcopo coætaneo suo B. Bernardus scribat , cum primum creatus est Pastor Connereth,qua ciuitas est in Hybernia. Cùm ce*p*isset,inquit, pro officio suo agere, tunc intellexit homo Dei, non ad homines se, sed ad bestias destinatum. Nusquam tales expertus erat in quantâcumque barbarie , nusquam repererat sic proteruos ad mores , sic ferales ad ritus , sic ad Fidem impios, ad leges barbaros, ceruicatos ad disciplinam, spurcos ad vitam. Christiani nomine , re Pagani non decimas dare , non primitias , non legitima iniure coniugia , non facere confessiones, pœnitentias nec qui peterer, nec qui daret, penitus inten*ti*i. Ministri altaris pauci admodum erant, sed quid opus plurium, ubi ipsa paucitas inter laicos propter modum otio*s* vacaret? Non erat quod de suis fructificarent officiis in populo nequam. Neque enim in Ecclesiis , aut prædicantis vox , aut cantantis audiebatur. Hoc statu his moribus nemo opinor cause Indicæ tam iniquus sit , qui non feliciorum , vel potius minus infelicem prouinciam istam nostram agnoscat. Sed pergamus audi*r*e , quod optimi Christi ministri in tam perditio populo officium fuerit. Quid faceret, inquit, athleta Domini ? Aut cedendum turpiter, aut periculose certandum. Sed qui se pastorem, non mercenarium agnoscet , elegit itare quam fugere, paratus

*In vita
Malach.
cap. 6.*

74 DE PROCVRANDA INDORVM
ratus & animam dare pro quibus, si oportet. Et
quamquam omnes lupi, ques nullæ, stetit intrepidus
in medio loporum, omnimodis argumento-
sus, quomodo faceret ques de lupis. Monere com-
muniuit, secretò arguere, fieri per singulos, nunc
asperè, nunc leniter conuenire, prout cuique ex-
pedire videbat. In quibus minus hac profec-
sient, cor contritum, & humiliatum offerebat pro-
eis. Quoties noctes totas perugiles duxit, exten-
dens manus in oratione? Et cum venire ad Eccle-
siam nollet, per vicos, & plateas occurrebat in-
utis, & circumiens ciuitatem quererebat anhelus,
quem Christo acquireret. Sed horum conatum
exitum forsitan quis expectet? Vbi ergo Bernar-
dus injurias, & difficultates pro Christo multas
a B. Malachia toleratas narravit, adiungit, Perfe-
ctuerat pulsans, & secundum promissionem tan-
dem aliquando pulsanti apertum est. Cessit duri-
tia, quiueat barbaries, & domus exasperans pa-
latum leniri coepit, paulatim correctionem admir-
tore, recipere disciplinam. Fuit de medio barba-
rica leges, Romane introducuntur, recipiuntur
ubique Ecclesiasticae consuetudines, contraria re-
jeciuntur, reedificantur Basilice, ordinatur Cle-
rus in illis, Sacramentorum ritè solemnia cele-
brantur. Confessiones fiant, ad Ecclesiam conve-
niunt plebes, concubinatus honestar celebritas
nuptiarum. Postremò sic mutata in melius omnia,
vt hodie illi genti conueniat, quod Dominus per
Prophetam dicit, Qui ante non populus meus,
nunc populus meus. Hactenus Bernardus de S. Ma-
lachia, que tam fusa recitara sunt, vt in casu simili
imo longè deteriore industria atque operam
boni

*Matth. 7.
Lue. 11.*

Ose. 2.

SALVTE LIBER I. 75
boni militis Christi discamus, & fidei ac perseue-
rantie certissimos atque uberrimos fructus con-
templamur, ne nostra dissimulata inertia inculti
ac syllophi soli steriles natura culpetur. Alterum
quoque exemplum eodem pertinens, quamvis alia
ratione ex historia Bede probata afferamus. Is 1.2.
Anglicanum rerum referit Mellitum olim à magno
Gregorio cum Augustino missum, propter sa-
uientes regis injurias & plebis exiguum nume-
rum pulsus propria sede Cantuam venisse, vt
cum Laurentio & Iusto Coëpiscopis suis tractaret,
quid factò opus esset. Decretumque communi
consilio satius esse, vt omnes in patriam redeun-
tes libera ibi mente Domino deferrarent, quam
inter rebellcs fidei barbaros sine fructu residerent.
Itaque Mellitus & Iustus in partes Galliae recesser-
e. Cum verò Laurentius eos iam secturatus, ac
Britanniam reliquerit esset, iussit ipsa sibi nocte in
Ecclesia B. Apostolorum Petri & Pauli stratum
parati: in quo cum post multas preces, & lachry-
mas ad Deum pro statu Ecclesie fulas, obdormis-
set, apparuit ei beatissimus Apostolorum Princeps,
& multo illum tempore secrete noctis flagel-
lis arctioribus cädens, sciscibatur Apostolica
districione, quare gregem, quem sibi ipse cre-
diderat, relinquere? An mei, inquit, oblitus es
exempli, qui pro parvulis Christi, quos mihi in
indictum fua dilectionis commendauerat, viu-
cula, verbera, carceres, afflictiones, ipsam po-
stremò mortem & mortem crucis ab infidelibus
etiam inimicis Christi ipse cum Christo coronan-
dus perculi His B. Petri flagellis simul, & exhorta-
tionibus animatus, atque eruditus Laurentius,
manere

*Lib. 1.
c. 5. § 6.*

76 DE PROCVRANDA INDOVRVM
manere decernit, socios ex Gallia renocat, Regem sibi haec tenus infestum adit, oftenis vulneribus flecit, Deo luctatur, gentis totius salutem ad finem usque multa cum alacritate procurat, & perseverantie tandem meritis impetrat. Sola nimis est, qua coronatur perseverantia. Quibus profecto documentis satis Christi milites admونent certare usque ad mortem, & in rebus aduersis diuino auxilio freti, constanter sperante victoriā. Nofrum est pugnare pro viribus, Dei autem, qui bella conterit, vincere. Dei agricultura est, Dei ædificatio est: & neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, vniuersique vero secundum laborem suum, mercedem accipiet.

1. Cor. 3.

C A P V T X V I I I .

*Quod non solum futuri fructus spes sit, sed
presentis etiam satis magni certa docu-
menta teneantur.*

ATQUE HEC FERITA à me disputata sunt, tanquam de Indorum gente ad Euangeliū veritatem perducenda, tenuiter, & angustè ipse quoque sentirem, neque præclarī alicuius fructus ex his laboribus colligendi spem vilam certam tenebam. Quod quanquam his gentibus, quibus valde me auere profiteor, non solum parum honestum, verum etiam, ut quidam nostri recte admōnen-

tur,

S A L V T E . L I B E R I . 77
rent, prorsus iniquum, & iniuriosum est, attamen libenter facio, quod malum in causa Indorum aſcenda modeſtus defenſor, quam nimis laudator existimari. Ut enim omnes nationes haec, quae magno Oceano ambiuntur, ita eſſent barbaræ, ablurde, inhumanæ, ingrate, leues, obtusa, Euangeliō denique, & omni ſpirituali nego-
tio inepta, quemadmodum plerique merce-
nariorum calumniantur, tamen ipsa illorum teſtificatione effēctum eſt certè haec tenus, ut
tot gentium ſalutem nullo modo desperare de-
beamus, neque vero ſalua rerum fide poſſimus. Itaque quamvis verum eſſet, quod ſumunt fa-
lutiſ Indicæ oppugnatores, tamen quod maxi-
mè volunt, minimè efficiunt. Ego vero si plane
quod ſentio dictum ſum, immerito prioriſ in
cauſa Euangeliū harum gentium ingenium natu-
rāmque accufari nullo modo dubito, atque equi-
dem certus ſum, si Euangeliū introitus in has re-
giones exiuit, quem Euangeliū conditor
maximè docuit, non alios illius progreſſus fu-
turos fuſſe, quam quos in prima, & Apoſtolica Eccleſia legimus. Nam si post talem noſtro-
rum hominum corruptionem, Christum tamē
colunt, & ſi quando magiſtrum prefecṭumve
paulò modeſtiorē nači ſunt, miſericordie, & auſ-
cultant, & colunt, & ſeipſos quavis cera molliores
præbent, & quicquid præclarī, atque hone-
ſti vident, imitari contendunt, quid Deus bone,
futurum fuſſe arbitramur, ſi ex iſpis prædi-
cationis exordiis ſpeciosos Euangelizantium pa-
cem pedes conſpexiſſent, ſi ſe ſolos Christo, non
ſua quaſi, & verbis, & rebus iſpis didiſſent: No-
ſtra

78 DE PROCVRANDA INDOVRVM
stræ certè minimæ societatis Patres qui in his Pe-
ruisibus regionibus annos iam octo verantur, &
harum gentium mores experti sunt, tum millio-
nes diuturnas multasque obeundo, tum eorum
Parochias propriæ fulciendo, tum verò sine Pa-
rochi munere continentur cum his agendo, om-
nibus prorsus modis se fructus opinione maiores
inuenient tam scribentur, ut Deum in-
nocent in animam suam, si nos ita res se habeat.
Quidam etiam in primis inter nostros gra-
ues, & matuvi viri se nulquam, neque faciliores,
neque meliores Euangeliū legeres vidisse, scriptis
literis confirmarunt, qui tamē, cum ex Hispania
aduentarent, vulgari, idest, contraria opinione te-
nebantur, quam factō abinde fatis periculo pe-
nituit exercent. Nam & ingeniōsos esse hos Indos,
& dociles, & mansuetos, & bonorum facerdotum
amatores, & obedientes, & faltos, opīnūque con-
tempnōes, & quod mulei minus credunt, si semel
ferio, atque ex animo, religionem virtutēmque
fūceperint, in sententiā confitantes. Quod ergo ut
sentiant, non difficile adducot, cum videamus
Ingarum fidei duditos, aut Guacatum superstitione
aftriētos, pro occultanda fibi commissa ido-
lorum vanitate, aut gaza recondita, libenterissime
paſsim occubere, citiusque fortunas vitamque
ipſam suam, quam paterna superstitionis arcana
prodere. Quis enim necit Indos flagris saepē con-
ciētos, saepē flaminis exustos, neque verbum tamen
in his cruciatiibus contra suam sententiā protu-
lisse? Our ergo Diabolus Christo fortiori in se
tuendo putemus. Aut ad falsa, & pernicioſa, quam
ad vera, & salutaria conſtruenda constantiores
fūcturas

SALVTE. LIBER I. 79
fūcturas effe gentes à Deo, & conditas, & redem-
ptas: Da milii certe apud Indos Apostolicos viros,
reddam ipse vicissim ex Indis Apostolicos fru-
ctus. Ad nostros, quod nescio quam vita honesti-
onis speciem, & cupiditatis abiectionem forte
confexerint, ita Indi accurrunt, vt paſsum con-
fessionis facienda cauſa remorifissimi eriam ve-
niant, trjinta, aut octoginta leucas emensi: con-
aciones facias ita frequentasse vidimus, vt infatia-
bili Dcī verbi fame ferri viderentur, vnam ex alia
vñque ad quatuor, & quinque codem die adeun-
tes, idque omnibus diebus Dominicis, & festis:
penitentia sacramentum perpetua quadam fre-
quentia ita, & peti, & reddi, qui cerneret, iubi-
laui, aut magne hebdomadē tempus omnino
crederet. Datib⁹ graves penitentias postulant,
& si minus pro votis graves imponuntur, ipſi arri-
piunt, lachrymis & acervo dolore se conficiētes.
Inuitant alij alios ad penitentiam tanto ardore,
vt nostri non posse omnibus satisfacere, & illo-
rum precibus importunis se opprimi conqueran-
tur. In melioris vite proposito ita confitantes, vt
nonnullas fēminas, qui lexus fragilior est, con-
stet, neque precibus, neque minis, neque verò
stricto cominus macrone, & iugalo oposito per-
vinci potuisse, vt veteribus amatoribus obsequen-
tentur, sive omnia libenter dant: Christi corpus
audidissime eluunt, & quibus concedieur, mun-
dissime accipiunt, & religioſe conseruant, ne
que ultra, se semel communicatos locum criminī
dare posse refellantur. Quod fecus cum effet ali-
quando factum, tanta indignatione aduersus se
iplum Indian commotum scimus, vt à se strangu-
lando

lando tanquam impio, & sacrilego Domini corporis proditore vix manus temperare potuerit. Quosdam ea deuotione diuinitus impleri constat, vt de rebus diuinis sapienter prorsus, & excelle sentiant, & nonnunquam donec cœlesti futura præuideant. Immodica hac, & per exaggerationem dicta plerique existimabunt, aut etiam velut ficta ridebunt. Verum ego certa, & explorata loquor. Ac quicquid iij, qui videntur sibi esse Christiani, contraria dilcent, in nationes quoque gratia Dei diffusa est, & nihil Deus discernit inter istos, & nos, fide purificans corda eorum. Et quidam sane rebus ipsis iam viði fatentur se nihil vñquam tale, aut vidisse, aut de Indorum gente sperasse, arque ita & admirantur, & Deo optimo Patri orphanorum gratias agunt: nonnulli etiam nostros sequi, & se socios adiungere in hac Euangelij felicitate contendunt: plurimi contra oppugnare pergunt, quos oporebat de fratribus salute latari, & coadiutoribus suis benevolè gravulari. Quid vero à nostris hactenus effectum est, tantum est quantum operarius quisvis Euangeli non infidelis, & imperitus efficeri possit. Et iij ipsi ex nostris hanc operam nuantes saluti Indorum pauci admodum numero sunt, praे innumerabilis Indorum multitudine. Quibus ex rebus facile profecto intelligi potest, quam sint futuri præclarí, atque uberes fructus, si plurimi huic agro excedendo operarij iis viribus, & industria, qua decer, à Domino missis mittantur. Quamvis autem, multis Indorum nationes Euangelió ita esse aptas existemus, ut nunc scribimus, ac Peruvenses profecto tales

tales experti simus, tamen in reliquo etiam ope-
re modum tenebimus, neque ita ample de rebus
Indorum dicemus, ne alias Indorum nationes,
quas minus esse idoneas non ignoramus, præte-
risse videamur. Nam eti nostros Indos, quos no-
uimus, pricipue spectamus, cuperemus tamen
si fieri posset, omnium saluti prodesse, quod scri-
bitur. Nam ex iis quoque, quos in extrema classe
possumus, barbaris, scimus Euangelij gratiam co-
pios, & illustres manipulos ferre. Brasilienses
profecto constat, nulli barbarorum nationi inge-
nij feritate, & morum absurditate cedere, quos
tamen Societatis Iesu maximè opera, ita esse do-
mitos, & humana diuinisque legibus assuefactos,
nostrorum literis accipimus, vt & homines, &
Christiani boni simus esse didicerint. Habet etiam
nunc Fides gentium primitias suas. Habet Euangeli-
um inter nationes fructus omni opinione ma-
iores. Illud solummodo orandum est, vt Christus
Dominus dignos nos reddat noui testamenti mi-
nistros. Nam ad hæc qui tam idoneus: Atque
haec tenus prædicationem Euangeli apud barba-
ros, & si magna ex parte difficultem, tamen, & ne-
cessitatem, & fructu plenam ostendimus. Nam qui-
bus modis aggredienda sit, frequenti disputatione
explicandum est.